



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Concubinarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

tia profuturam, & non obfuturam, num. 2. & 8. Quando vero ex reuelatione circumstantia detegerentur complices, quarendus est alius confessor, num. 5.

Quando sint complices detegēdi in confessione iudiciali. vide tit. Iudex, & tit. Reus.

COMPOSITIO.

Compositio sufficit pro debitis incertis dummodo nō sit indiscreta, vt si viginti millia pro tribus vel quatuor millibus remittuntur; sed procurans illam peccat. mort. donec eam adipiscatur, si cum possit non restituat pauperibus. c. 17. nu. 93.

Compositio non habet locum in fructibus ab Episcopo malè perceptis, ratione defectus residentia. cap. 25. num. 121.

CONCVBINARIJS.

Concubinarij vxorati, vel soluti, si ter admoniti ab Ordinario, concubinas non eiecerint, nec ab earum consuetudine se se iunxerint, excommunicentur. Mulieres etiam publicè viuentes cum suis concubinarijs, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinario grauitè puniantur, & extra oppidum, vel diocesim eiiciantur. c. 16. num. 21.

Quando

Quando sint concubinarij absoluendi; aut quis dicatur concubinarius Notorius: & quæ sint pœnæ clericorum concubinariorum: vide titulo, Absolutio I. lit. H. Notorius lit. A. Clericus B.

CONDVETIO, vide tit. Locatio.

CONFESSIO SACRAMENTALIS. I. in Communi.

Confessio Sacramentalis est peccatoris accusatio secreta de suis peccatis coram proprio Sacerdote, ut ab illis sacramentaliter absoluat. cap. 2. num. 1.

Ut autem confessio sit Sacramentalis, non sufficit, quod homo flexis genibus, & præmisso signo crucis, dicat confessario, hoc tibi dico sub sigillo confessionis, sed requiritur quod animo confitendi sua peccata, & recipiendi absolutionem. cap. 8. num. 18. & cap. 18. num. 5.

Confessio facta laico non est Sacramentalis. cap. 2. num. 1. 4.

Confessio vero Sacramentalis non fuit inducta iure naturali: Neque instituta in Paradiso terrestri: neque à Iosue: neque à Iacobo Apostolo, neque ab Ecclesiæ consuetudine. Incepit autem post Christi